Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8166
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

10

in ea recapitulatione et anticipatione sumptam.
Nam exempli causa Genes. 10 dicitur: Ab his divisae
sunt insulae gentium in regionibus suis, unusquisque secundum linguam
suam: et tamen postea subditur cap. 11. Erat autem
terra labii unius et sermonum. Unde liquet quod verba
X. capituli sunt per anticipationem dicta. Has sciant
studiosi lectores distinctiones, et multos evitabit in
expositione theologiae errores et invitationes.

Cap: IX. De fructu studii sacrae theologiae.

Fructum sacratissimae theologiae diximus tertio loco debere
studiosum theologiae admodum pertissimare. Hic enim
est finis et spes certa, quemlibet addiscentem suaviter
alliciens, ad ardui conatum et capessendum perficiens. Nam dum
perfectio hominis in Dei imitatione consistat per dilectionem,
dilectio autem praesupponat cognitionem, ordinata autem a Deo
cognitio non habeatur, nisi per theologiam notionem, perspicuus
nimirum fructus est huius studii et doctrinae. Licet hic in via
aenigmatica cognitio: qua dicit recte administratis
humanis operibus, revelata demum essentia divina
contemplatio in patria. Coniungatur igitur inter se
voluntas ~~et intellectus~~ sicut uxor et maritus: at manet
NB sterilis voluntas, nisi in ea semen iaciat intellectus
~~sicut uxor et maritus~~. Et qualia semen inicta fuerint,
talem affectum pariet voluntas. Cuius igitur multi
bona opera sunt effectus et affectus, necesse est optimis
doctrinis et divinis perficiat intellectum: haec autem optima
et summa reperiuntur in theologia, quae est tanquam
lignum secus aquas gratuitae irrigationis a Spiritu Sancto.